Carolo, per fautores ipsius Caroli jugulati fuerunt de mandato domini Caroli, MCCLXVIII,ª ~~1269~~ prid. nonas ~~non. kalend.~~ Novembris.   ª indictione XII.

Clemens papa quartusª obiit MCCLXVIII, indictione VII,ᵇ ~~1269~~ quinto ~~indict. 12~~ kalend. decembris.   a/ quintus B. b/ 12. B.

A. D. MCCLXV. de mense Octobris insula Lipari combusta fuit igne infernali, sive ~~sive~~ qui exivit de inferis dictae insulae.   Oct. ob. B.

A. D. MCCLXVIII. de mense januarii ~~Rex~~ rex Carolus venit Liburnam, et eam combussit, et fundatum etiam Pisanorum portum destruxit, et totam contratam devastavit, et stetit ibi diebus XV ~~quindecim~~.   Car. B.

Pisani Innocentium Papam fugientem tempore persecutionisª a Petro Leonis occupante Papatum,ᵇ receptaverunt honorifice, et tenuerunt tute ac Eugenium Papam, natione Pisanum, qui fuit immediate post eum, cum sua curia cum omni reverentia receperunt, eum multipliciter honorantes, testante beato Bernardo, qui epistolas fecit ad Pisanos, commendans eos valde ~~1153~~ MCLIII.

a/ persecut. apetus V.
b/ papatu V.
quactione V.